



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Nicolavs Tolentin. Conf. 10. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

10. Sept. VITÆ S A N C T O R V M 443  
simul vivere iterum , simul vitæ illacrymari cœpit.  
Heu! eheu! ubi? hominum & Cælitum fidem ubi  
sum: imò eheu! ubi fui? unde, ah! excidi? felix mors,  
quæ vivere me feceras? infelix nimium vita , quæ  
mori iterum me cogis! Iuvat , ô juvat iterum mori!  
Narrat deinde à morte ad beatas delicias abductu  
le inter Angelorum & Divorum comitatum , jam  
ambrosiam gustasse , iam nectar illud libasse ; sed  
quod opera eius porrò terris necessaria diceretur,  
ad vitam iterum damnatum esse. Et nimirā ex er  
gastulo suo ad Pontificatum Albigensem extractus  
pauperibus patrem , captivis vindicem se libertatis  
præbuit. Vaticiniis insuper clarus, Regiis ædibus  
quandoque nudum gladium imminere conspexit,  
qui geminos Regios filios intra vicesimum diem su  
stulit. Quod tamen mortuum se crederet, quandiu  
vivebat, sui funeris ipse vates & vespillo tumulo se  
composuit, & bis victor cælo subiit, viæ utique,  
quam nuper iverat, minimè iam ignarus. Ex Greg.  
Turon.

Hunc sequamur, huic militibus, cui conjunctus  
nunquam disjungitur miles, qui militantibus sibi  
gloriam viæ eterna, honorem regni caelestis & divi  
tias hereditatis sue. & divina cognitionis confor  
tum perenne largitur. S. Paul. in Epist. 36.

### S. NICOLAVS TOLENTIN. CONF.

10. Septembri.

S Eptennis NICOLAVS solenne deinceps habuit  
tres in hebdomade dies , interque eos illum  
etiam, quem VIRGINI dicamus, pane cibario &  
fontanâ visitare. In Canonicorum deinde Col  
legium ascitus, cum illa pro concione D. Ioannis  
audirec

audisset (*Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt*) quasi uni illi dictum esset, exemplo ad eos Anachoretas abiit, qui D. Augustinum emulantur. Ibi facile ostendit, quam mundum mundique omnia odisset. Sacerdos ubi primum litare coepit, è piacularibus flammis umbra adfuit, abduxitque ad immania tormentorum ergastula. Ibi simul haec, simul sociæ umbras omnes patronum sibi NICOLAVM legerunt; pro quibus cum ille ad aram aliquoties dixisset, partem longe maximam à suppliciis absolvit. Sub haec cum eum è cognatis unus aliquis à Religionis amore abducere & mundo iterum conciliare pessimè conciliatus adniteretur, surdum scilicet reperit. At faciles aures invenerunt è caelo vates, qui obiturum felicitter NICOLAVM Tolentini cecinerunt. Eò enim ocyus abiit, stellâ duce, quæ ibi demum constituit, tumulatus postea fuit. Morituro jamjam Christus cum Matre & D. Augustino obvius venit, cum sex ante mortem mensibus quotidie sub noctem Angelorum concentus audisset, manifesto indicio, quia non longè à caelo abeisset. *Ex Surio.*

*Vis scire quales De minimus querat ornatus? Habet Prudentiam, Iustitiam, Temperantiam, Fortitudinem, his cali plagiis includere; hec te quadriga velut a rigam Christi ad metam concita ferat: nihil bimonili pretiosius.* S. Hieron. ep. 2.

SS. MENODORA, METRODORA,  
NYMPHODORA. VV. MM. 10. Sept.

**I**Terum Virgines Martyres aspicis, hoc est, rosa & candore & purpurâ suâ nobiles, pulcherrima virtutis mixtrâ MENODORA est, METRODORA